13327.

Prudentes ac Circumspecti,
Nobis honorandi!

Motivis in suppletoria ad Civicum hunc Magistratum directa Instantia Mercantilis Societatis Zomboriensis, Judaeos ab ulteriori Ingremiatione et Forniciim Mercantilium Erectione arceri supplicantis, contentis, in ulteriorem Combinationem assumptis, Civico huic Magistratui sequentia intimari: Querimoniam circa Separatum Judaei Lazari Stein quaestum per Recurrentes positam, eo magis cessare, quod Judaeo huic, Motivo potissimum illo; siquidem idem praeexistens jam alterius Mercatoris quaesturale Beneficium continuandum sibi admitti petierit, Separatum quaestum exercendi facultas virtute Intimati dd° 12° Nov: 799. N° 26670. emanati Concessa fuerit, cujus proinde intuitu querulantem Societatem Civicus isthic Magtus edoceat. Simul autem sumpto in Reflexionem eo quod actualis Numerus Mercatorum in Citte hac existentium in 32. [illegible] Provisioni publico omnino sufficere videatur, Civicum huncce Magtum eo [illegible] quoad Concedendas Fornic[illegible] [illegible] teneri [illegible] Recursuum Casibus, eo peculiariter advertat, ne quaestu sic dicto Circumforaneo, pro Judaeis aliunde in Salvo permanente, per promiscuam Separati Quaestus admissionem numerus ejusdem Quaestorum ultra justam Proportionem increscat, taliterque etiam Spes, et Ratio Subsistentiae recurrentis privilegiatae Societatis discrimini exponatur. Datum ex Consilio Regio Locumtenentiali Hungarico, Budae die Tertia Junii, Anno Millesimo, octingentesimo celebrato.

Eorundem

Benevoli,

Paulus Almásy

Franciscus Daczo

Josephus Babothy

Citti Zomboriensi,

ad

+
Pesthini die 4ta July 1800.

Judaeo Lazaro Stein benig. admittitur hic Loci exercendae Mercaturae. ac

Ne Numerus hujatum Mercator. plus justo augeatur, advertendum.

Lect. ad
No 380.

No 206 800.

[illegible] : JR.

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР IAS ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5
E-mail:info@arhivsombor.org.rs
Телефон/Факс: +381 25 412 2 87
Телефон: +381 25 416 292